

University of Dallas Classics Placement Exam: **Entry into Intermediate Latin II**

**Option A.** THE POET SIMONIDES SHIPWRECKED. *Please translate this passage carefully into good English. (Perhaps in one hour you can't translate all of it, but do as much as you can.)*

Homo doctus in se semper divitias habet.  
Simonides, qui scripsit egregium melos,  
quo paupertatem sustineret facilius,  
circumire coepit urbes Asiae nobiles,  
mercede accepta laudem victorum canens.        5  
Hoc genere quaestus postquam locuples factus est,  
venire in patriam voluit cursu pelagio.  
(Erat autem natus, ut aiunt, in Ceo insula.)  
Ascendit navem, quam tempestas horrida  
simul et vetustas medio dissolvit mari.        10  
Hi zonas, illi res pretiosas colligunt,  
subsidium vitae. Quidam curiosior :  
" Simonide, tu ex opibus nihil sumis tuis ?"  
" Mecum," inquit, "mea sunt cuncta." Tunc pauci enatant,  
quia plures onere degravati perierant.        15  
Praedones adsunt, rapiunt quod quisque extulit,  
nudos relinquunt. Forte Clazomenae prope  
antiqua fuit urbs, quam petierunt naufragi.  
Hic literarum quidam studio deditus,  
Simonidis qui saepe versus legerat,        20  
eratque absentis admirator maximus,  
sermone ab ipso cognitum, cupidissime  
ad se recepit; veste, nummis, familia / hominem exornavit.

**2 melos**, -i, n. = lyric poem; poetry. **5 victorum**, 'of victors' in the games. **6** Easier word order would be: *postquam locuples factus est hoc genere quaestus* ('quaestus' gen. sing.) **11 Hi... illi...** : some... others... **16 praedones adsunt**: i.e. on shore (they are robbing anyone who escaped the shipwreck). **19 Hic**: here (i.e. at Clazomenae). **23 familia**, -ae, f.: not 'family' but 'servants'.

**Option B. CAESAR'S MANIFOLD ACTIVITIES.** *Translate this carefully, into good English. Do as much of it as you can in one hour.*

Armorum et equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat. In agmine<sup>1</sup> nonnumquam equo, saepius pedibus anteibat, capite detecto, seu sol seu imber esset. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, centena milia<sup>2</sup> in singulos dies, si flumina morarentur, nando traiciens vel innixus inflatis utribus<sup>3</sup>, ut persaepe nuntios de se praeveniret. In obeundis expeditionibus dubium<sup>4</sup> cautior an audentior fuerit: exercitum neque per insidiosa itinera duxit umquam, nisi perspeculatus locorum situs, neque in Britanniam transvexit, nisi antea per se portus et accessionem ad insulam explorasset. Idem, obsessione castrorum in Germania nuntiata, per stationes<sup>5</sup> hostium Gallico habitu penetravit ad suos. A Brundisio Dyrrachium inter oppositas classes hieme tramisit, cessantibusque copiis<sup>6</sup>, quas subsequi iusserat, cum ad arcessendas frustra saepe misisset, ipse clam noctu parvulum navigium solus obvoluto capite<sup>7</sup> conscendit, neque aut quis esset ante<sup>8</sup> detexit aut gubernatorem cedere adversae tempestati passus est quam<sup>8</sup> paene obrutus fluctibus.

<sup>1</sup>**In agmine:** (lit.) 'in column', i.e. when on the march. <sup>2</sup>**centena milia (passuum)** = 100 miles. <sup>3</sup>**uter, -tris,** in. skin, bladder (inflated and used as a float). <sup>4</sup>**dubium:** sc. est. <sup>5</sup>**stationes:** pickets (i.e. watchmen). <sup>6</sup>**cessantibus copiis:** when his troops hung back (i.e. from fear). <sup>7</sup>**obvoluto capite:** with his head covered (so that he would not be recognized). <sup>8</sup>**ante... quam** = antequam.